Sic propè Deus es: quid enim divinius quam fortu,
nae iniurias corrigere? mutare fatalem necessitatem?
vitam mortalibus reddere quam miseriae aut tol,
lunt, aut semper trucidant, quamuis me ô Rex
securus si vis eneca nihil timendum est tibi: dolo,
res nostros maestas, hoc solum rogo per siquos habes
natos, per sanctam coniugis tuae fidem, per vene,
randum vel barbari genitoris nomen, heu filius
(pater rogat) heu innocentibus ignosce: testor
conscium doloris mei solem, testor vindicem Dei ocu,
lum, promptus profundam, si modò liberis parcis,
quid in me est sanguinis, venas laniabo, ne vel
salten una sanguinis mei gutta filiorum preti,
um non fiat, aequa ô Rex postulamus, cur
enim id patientur innocentes, quod nullo scelere
meruerunt quod si in filiorum nece miseram paren,
tis animam vis excruciare at tanta pertuli
ut calamitates nostrae, pro innocentibus veniam im,
petrare debeant: exutus regno per summum ne,
fas fortunae, servire in catenis cogor, nulla
in hoc corpore pars poenis vacat: abreptum (ah
pudor obstat dicere, dicendum tamen est.) ab,
reptum regiae ceruici diadema frontem concul,